Feria Sexta post Diem Cinerum proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. 21/II 1670

Turzanski Szeptyckich Quietat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Premysliens. Nobilis Alexander Turzanski olim Nobilis Pauli Turzanski filius sanus mente et corpore existens a Terminis Dismictibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis proximis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castren. Capitan. Premysliens. Jurisdictioni quoad actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Nobilis Joannis Turzanski fratris sui germani tum Catherinae et Mariannae sororum suarum eiusdem vero Nobilis olim Pauli Turzanski filii et filiarum successorumq legitimorum pro quorum ratihabitione cavet et se praesentibus inscribit nomine Nobiles Alexandrum Constantinum Theodorum et Gabrielem Szeptyckie olim Nobilis Petri Szeptycki cum olim Nobili Christina Prominska Consorte eius legitima procreatos filios et post eandem olim supranominatam Matrem suam Successores legitimos eorumq posteros de summa Centum Florenorum Polonicalium per olim Nobilem

Luciam Vreckii et Christinam Prominska Coniuges natam
Nobilium Szeptyckich praefatorum Nobili olim Paulo Turzan
ski Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Prae
mysliensibus Feria Sexta in Crastino Festi Sanctae Agne
tis Virginis et Martyris Anno Millesimo Sexcentesimo
Quinquagesimo Quinto absoluta et transfusa praefatis ve
ro Nobilibus Luc. Vreckii et Christinae Prominska Coniu
gem Nobilium Szeptyckich per Nobiles Paulum Szeptycki
et Annam Romarnicka intercisa certa seu quovis a
lio iure ad solvendum assecurata ob plenariam et sufficien
tem sibi Recognoscenti pro praemissis omnibus praesti
tam satisfactionem et summae praefatae Centum Flo
renorum Polonicalium persolutionem quietat emittit
dimittit et liberos absolutosque facit et perpetuo pro
nunciat. Inscriptionem eandem cessionariam Castrensem
Capitanealem Praemysliensem in toto et per omnia cassat
mortificat et annihilat. Insuper suprascriptus Re
cognoscens Nobilis Alexander Turzanski debebit et tene
bitur prout se ac suos Successores in et super bonis suis
generaliter omnibus summisque pecuniariis quibusvis
habitis et habendis Supranominatis Nobilibus Szepty
ckich eorumque posteris inscribit et obligat praesentibus
Praefatos Nobiles Ioannem Turzanski fratrem suum Catheri
nam et Mariannam Turzanskie Sorores suas vel in e
ventu mortis Successores illorum ad approbandum praesentem
inscriptionem praesentem Quietationalem aut similem suo pro interesse facien
dam ad Acta quaevis authentica Regni perpetua et quietis praetextu
gratam ad stenent...

sorores autem postquam aut monasterium ingressae aut in matrimonium elocatae fuerint, adducere et personaliter statuere, ab eisq[ue] vel earum succ[esso]ribus ut praemissa debite exequantur efficere. Idq[ue] sub vadio summae suprascriptae simili aliorum videlicet centum Florenorum Polonicalium per eundem memoratum Recognitem suis illius succ[esso]res praedictis Nobilibus Szeptychim aut illorum succ[esso]ribus ob non statuitionem praefati fratris sororumq[ue] suarum statuendarum vel in eventum mortis succ[essorum] illorum pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re suprascripta non completa complenda praefatisq[ue] fratre et sororibus suis non statutis statuendis, aut in eventu mortis succ[esso]ribus illorum citatus ex[tu]nc m[odo] [illegible] Recognoscens Nobilis Alexander Turzanski aut eius posteri ad instantiam suprascriptorum Nobilium Szeptyckich aut illorum successorum ad officium praesens Castren[se] Capitan[eale] Praemysliensis ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio, stare, iuri parere, respondere, vadium praetactum luere et inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq[ue] ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum terminum primum peremptorium uti et alios o[mn]es exinde consequentes, causaeq[ue] eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori minorennita-

re suorum legatione intra vel extra regnum, militari servitio, ad munimenta ad evictorem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad quietationem praeterea ultra proximos officii praefati Castren Capitan Premysliens terminos dilationem sibi non recipiendo. nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis Juris, proscriptione terrestri bello conventione ac aliis quibusvis Juris mediis et defensis non subterfugiendo nec alio quovis modo evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Szeptycki Czołowskim obligat

Comparens. personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan Premysliens Nobilis Constantinus Szeptycki olim Nobilis Petri Szeptycki filius sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus, Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castren Capitan Premysliens Jurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum Juribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et solenniter incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta videlicet Kol Zrabowsky in bonis villae Ukene in Terra Premysliens Premysliens